quam questiones qualdam de euangelijs oīm dñicaꝝ.ac festoꝝ ꝑncipalium
toti⁹ anni·quasi ingenio meo tenui·non tamē sine magno labore ac vestraꝝ
R·d·amore collegi sub numero.ccc.xvij.Amplexus aūt sum quasi in oībus
sancti Thome dicta·nam eius ꝓfundior firmiorqꝫ ē sententia·Abstinui etiā
a questionibus ꝛ subtilitatibus inutilibus ꝛ obscurioribus argumentis·pla-
nioribus contentus·Tū qꝛ religioso intellectu nobis opus est vbi aut maxie
de deo loquimur vel audimus vt inquit Ambrosius·Tū qꝛ inter ꝑlatos pau
ciores sunt qui sacre theologie ꝓfundioribus rebus operam dent studij·Se-
quimur aūt ordinem euangelioꝝ tam dñicaꝝ q̄ festiuitatū ꝭm vsum fratꝝ ꝑ
dicatoꝝ·quia nobis rationabilior visus est.Suscipiant ḡ.v.R.d.hoc exi-
guū munus paruūqꝫ opusculum in senio meo ꝓ oīm vtilitate exiguis meis vi
ribus elaboratū·q vtinam tanta beniuolentia ab eis suscipiat̄ quanta cū af
fectione sit insudatum·Poterit obseruari libellus iste in manibus Reueren-
dissimi dñi Rothomageñ·qui ꝓ sua dulcissima humanitate copiaꝫ ꝑstabit cu
pientibus scribere.Recōmendo me·d.v.R.quas longo tempore ad felix vni
uersalis ecclesie regimen deus conseruet.

## In prima dominica aduentus apud fratres ꝑdicatores

dicit̄ illud euangelium·Math·xxj·Cum appropinquasset Jesus hierosoly.
In quo fit mentio de aduentu christi in carnem.Dum dicit̄.Dicite filie sion.
Ecce rex tuus venit tibi ꝛc·Unde in hac dñica pñt sequentes questiones dispu
tari Prima·Utꝝ ꝓ redemptione generis humani necessariū fuit deū incar
nari· Secunda vtꝝ si homo non peccasset deus incarnatus fuisset Tertia
Utꝝ conuenientius fuit filiū dei incarnari q̄ aliquā aliam ꝑsonam.

D primam questionem sic proceditur·Et videtur q
non fuerit necessarium deum incarnari· Primo sic·Deus ei cū ꝑfect⁹ nihil
virtutis accreuit sibi ꝑ carnem assumptā·si ergo incarnatus naturam repa
rauit etiā absqꝫ carnis assumptione eam potuit reparare.ergo non fuit ne-
cessarium ꝛc·Secundo sic Cum deus sit summe misericors·imo miseratōnes
eius sup omnia opera eius·magis decuit vt de⁹ ostenderet immensitatem mie
sue q̄ seueritateꝫ iusticie·Sꝫ ad magnitudineꝫ mie sue ꝑtinet vt peccata sine
satisfactōe dimittat·ḡ deus hūanaꝫ nat̄am reparare potuit·ꝛ debuit ñ expe-
ctando satisfactioneꝫ ḡ non fuit necessariū ꝛc Tertio sic·Quicunqꝫ pōt sa
tisfacere ꝓ maiori peccato·pōt satisfacere ꝓ minori·ꝭ mortale pctm̄ actuale
ē magis q̄ originale·qꝛ hꝫ plus de voluntario·ḡ cum hō possit satisfacere ꝓ
mortali peccato.multofortius ꝓ originali satisfacere poterit·ꝛ sic nō ē neces-
sariū deū incarnari In oppositū arguit̄ sic·Illud per quod hūanū genus li
berat̄ a ꝑditōe ē necessariū ad hūanaꝫ salutē.sed misteriū diuine icarnatōis
est hmōi·ꝭm illud Joh·iij·Sic deus dilexit mundū·vt vnigenitū filium suū
daret.vt oīs q̄ credit in eū ñ pereat ꝭ hēat vitā et̄naꝫ.ḡ necessariū fuit ad re-
paratōꝫ generis hūani deū incarnari·Secūdo sic·Nō erat ꝯueniens vt vna
nat̄a nobilissimaꝝ creat̄aꝝ a suo fine tōliter frustraret̄.ꝭ hūana nat̄a ē int̄
nobilissimas creaturas.cū ḡ tota corrupta fuerit ꝑ pctm̄ in ꝑmo ꝑente ꝛ ita

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-179/0322
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG